

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula III. Materia est ingenerabilis & incorruptibilis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA III.

Materia est ingenerabilis & incorruptibilis.

I. Hanc proprietatem tribuit materiæ Philosophus I. Phys. t. 82. his verbis: *Incorrumpibilem, inquit, & ingenitam necesse est ipsam esse. Si enim fiat, subjici aliquid oporeat primum, ex quo inexistente fiat: hoc autem est ipsius natura. Quare erit, antequam fiat.*

II. Solùm autem hoc pronunciatum verum est de materia primâ. Nam materiam secundam, quale est lignum respectu mensæ, & actione eius respectu statuæ, generari posse & corrum, si manifestum est.

III. De materia primâ ex adductis Philosophi verbis ita argumentamur:

Quicquid potest generari & corrumpi, ejus necesse est, dari aliquam materiam.

Sed materia prima non datur materia.

E. non potest generari aut corrumpi.

Major patet, quia omnis generatio & corruptio presupponit materiam, & quicquid generatur, ex materia generatur, quemadmodum & quicquid interit, in materiam vel subiectum quoddam interit, sicut demonstrat Philosophus I. Phys. Manifesta enim est minor, quia, si materia prima haberet materiam, non esset prima materia, nam materia

MM ejus

Diss.

ejus esset prior, cùm omnis materia prior
sit materialis.

IV. Inquis: Aristotelem in allegato textu
asserere, materiam partim interire, partim
non interire. Resp. Materia consideratur
dupliciter: 1. Secundum se, & ut importat
potentiam ad formas & res ipsas naturales
& sic non interit. 2. Ratione adjuncte priva-
tionis, quæ privatio quando adveniente for-
mam perit & cessat, ideo & ipsa materia ratio-
ne hujus privationis quodammodo interit
dicitur. Quæ responsio fundamentum habe-
in ipso Philosopho l. cit.

V. Quamvis autem materia prima nece-
neretur nec corruptatur, non tamen ideo
non incepit esse: incepit enim & facta est pe-
creationem, quandoquidem cùm ipsis cor-
poribus à D E O concreata est, & à DBU
voluerit omnia corpora naturalia in nihilo
lum redigere, ipsa quoque amplius non erit.

VI. Sed posset aliquis objicere: Incom-
pibile nobilis est corruptibili. Si ergo ma-
teria incorruptibilis est, erit nobilior ipsa
corporibus naturalibus sublunaribus, upo-
te quæ corruptioni sunt obnoxia.

VII. Resp. I. Majorem veram esse *cetera*
paribus: quando incorruptibile non excede-
tur in ceteris prædicatis à corruptibili, de
corruptibile nobilis est corruptibili. At

vo corpora
primam in
dicata maj
cum præte
dant. II.
bilius esse
secundum q
hòc modò
furdum. P
lius esse si
quid, in c
sicut homi
duratione
sic eti mat
poribus na
est, si dicar
petuitate.

I. Præsu
appetitum
innatus, u
q. I. Selt I
indita, qu
cognitione
est poten
gnitione
num vide

teria prior
egato textu
re, parsum
nsideratur
t importat
naturales
nde priva
niente for
teria rati
do interru
ntum habe
ima negr
amen ide
acta est pa
n i p f s c o
DEUS
lia in nib
s non erit
e: Incorr
Siergō
biliar ipso
ibus, upo
esse cau
ion excede
ptibili, At
bili, At
vō corpora naturalia excedunt materiam, primam in aliis prædicatis, h.e. habent prædicta majoris perfectionis, quam materia, cum præter materiam etiam formam includant. II. Potest dici: Incorruptibile nobilis esse corruptibili, non simpliciter, sed secundū quid, nempe incorruptibilitate; & hoc modō consequens non videtur esse absurdum. Potest enim aliquid aliquō ignobilis esse simpliciter, ut tamen secundū quid, in certō nimis rūm tertio sit nobilis: sicut homo simpliciter nobilior est lāpide, in duratione tamen lapis hominem excedit. Et sic et si materia sit simpliciter ignobilior corporibus naturalibus, non tamen absurdum est, si dicamus, esse eam nobiliorem in perpetuitate.

REGULA IV.

Materia appetit formam.

I. Præsupponendum h̄c est, duplēcē esse appetitum, *innatum & elicitivum*. Appetitus innatus, ut habet Fonseca *I. Metaphys. cap. I. q. I. Selt III.* est inclinatio ab autore naturæ indita, quā unaquaque res absq; ullā præviā cognitione, in bonum propensa est. *Elicitivus* est potentia, quā aliquid præviā aliquā cognitione suā fertur in bonum, aut quod bonum videtur esse. In hōc autem appetitu sunt

MM 2 dno;